Ignis infrigidari non poteſt.

In rebus viuentibus frigidum non eſt natura ſed priuatio.

Inſtrumentum ſenſus tactus: eſt caro: dicitur tamen poſtea: ꝙ non ē primū inſtrumentū caro ſed aliquid infra carnem.

Principium ſenſus animalis ē in corde.

Senſus tactus ⁊ guſtus: continui ſunt in corde. Tres vero reſidui ſunt in capite.

Omne aīal habens ſanguinē habet cerebrū.

Homo corporis ſui comparatione: habet maius cerebrū ⁊ caput alijs animalibus.

Creatio capitis eſt propter cuſtodiā cerebri.

Creatio lingue ē ad ſermocinandū ⁊ guſtandum humiditates.

Medulla eſt ſuperfluitas cibi ⁊ ſanguinis: et ex ea cibantur oſſa: ⁊ ſpine animaliū: ⁊ propter hoc eſt retenta inter oſſa.

Animal multe pinguedinis ſeneſcit cito: ⁊ parum generat.

Cerebrum ē valde frigidum magis omnib⁹ membris: ⁊ contrariuȝ eius ē calor cordis: quia non pōt eſſe aliquod membrum in aliqua complexione per ſe: ſine cōtrarietate alterius: ⁊ ideo immaginata eſt natura ponere cerebrum in oppoſitum cordis.

Tertijdecimi de animalibus.

Vbi ē poſſibile eſſe vnā radicem: melius ē eſſe vnum principiū q̄ȝ multa.

Natura non facit niſi quod melius eſt ⁊ perfectius ex rebus poſſibilibus.

Calor naturalis regit corpus: ſicut princeps regnum.

Homo ſolus recipit titillationem: quia coriū habet valde tenue.

Omne animal cornutū caret dentibus in ſuperiori mandipula.

Natura non dat membra conuenientia vigori: niſi in animalibus indigentibus illis: vt aculeum vngues ⁊ cornua.

Femine ceruorum nec dentes ſuperiores nec cornua habent.

Cornua ſunt creata ꝓpter vigorē ⁊ iuuamētū

Aues loco dentium habent roſtrum.

Principium vite ⁊ omnis motus ⁊ ſenſus: a corde eſt.

Vene pertranſeunt per omnia membra corporis: ſed non tranſeunt per ipſum cor. ergo ipſum eſt principium venarum.

Sanguis non venit ad cor ex alio loco quod dico. quia ipſum fons ⁊ origo eſt ſanguinis ⁊ principium membrorum recipientium ſanguinem

In omnibus animalibus habentibus ſanguinem eſt epar ſicut ⁊ cor: non tamen epar eſt principium cordis nec ſanguinis vel venarum quia bene pertranſeunt epar: ergo non oriuntur ab epate.

Cor ſoluȝ inter omnia membra a interiora nō patitur dolorem.

Animal magni cordis naturaliter pauidum ē vt eſt lepus quia calor talis animalis nō pōt totum ſuū cor implere: ⁊ ſic eſt debilior: vn̄ accidit ſibi timor.

In nullo membro ſanguis eſt extra membra: ſiue venas: preter quam in corde.

In homine cor declinant ad ſiniſtram partem cuȝ i ceteris animalib⁹ ſit ſemper in medio.

Cor ⁊ cerebrum indigent multa cuſtodia. q2 in eis precipue eſt virtus vite.

Cerebrum ē membrū diuinū: in quo eſt operatio ſenſus ⁊ intellectus.

Epar eſt in animali ad excoquēdū ⁊ digerēdū

Pulmo ē inſtrumentum anhelitus.

Pulmo poſitus ē circa cor: ⁊ ē mollis: leuis: concauus: ſpongioſus: ⁊ ſpumoſus.

Splen eſt quaſi epar impurum.

Splen ē in animalibus: nō neceſſario: ſed accidentaliter: quia ſimile eſt ſuperfluitati.

Dolor renum hominis: difficilis eſt curare

Ren dexter: altior eſt ſiniſtro.

Ren dexter minoris piguedinis ē q̄ȝ ſiniſter

Motus pinguedinem diſſoluit.

Aues non emingunt: habent tamen veſicam quia paruum bibunt: ⁊ quod ſupereſt tranſit in plumas. Similiter nec piſces: quia quod ſupereſt tranſit in ſquamas.

Sudor ſit a natura quando caleſcit corpus: et aperiuntur ora venarum.

Quartadecimi de animalibus.

Modica alteratio in membro principali: facit multam alterationem in toto corpore.

Animalibus propter timorem accidit effuſio ventris ⁊ vrine.

Auibus natantibus poſuit natura corium in